



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 6. Calumnia in S. Cæsarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI. bente Ecclesia SS. Apostolorum tunc tem-
A. C. 507. poris ædificabatur.

§. VI.

Calumnia in S. Cæsarium.

Interea in Gallia Narbonensi Bellum fer-
vebat. Franci adscitis in armorum So-
cietatem Burgundionibus illa Galliarum
parte Gothos depellere nitebantur. His
vit. S. Cæf. auxilia mittebat Theodoricus Rex Italæ,
lib. I. c. 15. qui Amalarici junioris Regis Partibus fa-
vebat, ipsius ex sorore Nepotis. Fran-
vit. S. Cæf. cis, Burgundionibusque Arelatem ob-
lib. I. c. 15. dentibus, quidam Clericus juvenis S. Cæ-
sarii propinquus, timens, ne, si urbs ex-
pugnaretur, duriorem captivitatem &
ipse subiret, usus noctis Beneficio fune
per murum delapsus est, & in hostium
castra transfugit. Quod ubi Gothi in
Civitate sciverunt, & ipsi, & qui ex po-
pulo seditionissimi erant, cum Judæis in-
condite clamantibus in S. Episcopum ir-
ruunt, insimulant, misisse propinquum
suum, qui urbem hostibus traderet. Pur-
gantem se non audiunt, ex ædibus Eccle-
siasticis raptum, in Palatio arctissime cu-
stodiunt, noctu S. Episcopum in Rhoda-
num amnem projecturi, aut inclusuri in
Arcem Ugernensem, quæ hodie hujus
nominis Civitas est. At obsidentes cim-
bam, in quam S. Virum conjecterant, a
transitu arcebant; itaque Gothi reve-
etum

ctum in Palatio tam improba custodie-Sæculum VI.
runt industria, ut Catholicorum nullus, A. C. 507.
an Episcopus aura frueretur, rescire
posset.

Quadam nocte Judæus in muro excu-
bans epistolam saxo circumligatam in me-
dios hostes injecit; verum cum altera
die ab hac irruptione cessassent, quidam
civium egressi inventam epistolam in ur-
bem detulerunt. Ea publice in foro per-
lecta, patuit, obsidentes hostes a Judæis
invitari, ut noctu scalas applicarent mœ-
nibus contra illam stationem, in qua ipsi
excubarent, ea conditione, ut in proditio-
nis præmium res suas, & Libertatem ser-
varent. Judæus, epistolæ auctor, perfidiæ
in Patriam convictus poenas dedit.
Econtra S. Cæsarius cognita viri innocen-
tia liber dimissus. Nihilominus Francis
& Burgundionibus obsidionem solvere
compulsis liberata est Arelate. Gothi
magnum captivorum numerum in urbem
perduxerunt, & quia tanta multitudo sub
tecta cogi non posset, etiam Ecclesiæ im-
pletæ. Annona & vestimentis deficien-
tibus S. Cæsarius omnia paterno affectu
suppeditabat, ad pulcherrimæ Charitatis
opus pecunias impendens, quas Ante-
cessor ejus Eonius in ærario Ecclesiæ re-
liquerat. Imo aurum, quo Columnæ, &
Cancelli ornabantur, abstulit, Thuribula,
Calices, Patenas vendidit, dicens: *Do-*
minus

n. 16.

n. 17.

Sæculum VI. minus Noster Cænam celebravit in catino
A. C. 507. fictili, non vero in vasis argenteis. Licet

sine dubio dare vasa Domini ad redimendos homines, pro quibus redimendis dedit Animam suam. Num forte illi, qui vi-
tio vertunt, Iesu Christi Servos vasorum
ipsius impendio liberari a captivitate, eo-
dem pretio, si captivi ipsi essent, liberari
recusarent? S. Cæsarius summam ægro-

n. II. tantum curam gerebat, domumque am-
plissimam dedit, ubi Divinum officium
commode auscultare poterant, & omni-
bus necessariis rebus abundabant. Nun-
quam non pauperibus ad Episcopum pa-
tebat aditus, saepe sibi famulantem jube-
bat circumspicere, an non extra fores
staret pauperculorum aliquis, qui ingre-
di non vocatus non auderet.

§. VII.

S. Cæsarii Regula.

n. 15. Illo tempore, quo Franci Arelatem ob-
federunt, Sanctus Cæsarius, Mona-
sterium Virginum ædificare cœperat, suis
etiam manibus laborans. Barbari, qui-
bus deerant ligna, magnam, ut iis poti-
rentur, hujus structuræ partem dejec-
runt. Obsidione soluta opus complevit,
& amplam posuit Ecclesiam in tres regio-
nes divisam. Medium S. Virgini, duas
reliquas S. Joanni, & S. Martino dedica-
vit. Primum quidem hoc Monasterium a
S. Joan.

n. 32.